Quelle:
Copyright:

lectionibus, et numero capitum; nam apud Sabatier totus liber absolvitur capitibus 9, in Ms. nostro capitibus 27.
Liber Tobiae cum praefatione S. Hier. ad Episcopos Chromatium et Heliodorum; juxta versionem ejusdem sancti.
Liber Judith cum praefat. S. Hier. Apud Hebraeos liber Judith. Hanc excipit altera. "Arphaxad rex medorum superatis multis gentilibus", ignoti authoris quae potius brevis est ac compendiosa narratio totius Libri Judith. Versio est S. Hieronymi ex Chaldaico facta, ut in vulgata.
Liber Esther cum praef. S. Hier. "Librum Esther varii translatoribus." Versio S. Hier. ex Hebr. ut in vulgata.
Liber Job cum duplici S. Hier. praefat. una: "Cogor per singulos divinae scripturae libros"; altera: Si aut fidelem junio tederem". Priorem praefixit S. Pater versioni, ex fonte Hebraico, posteriorem versioni juxta LXX exarata. Ubi notandum, Hieronymum in illa verum et novum translatorem egisse, in hac potius correctorem. Quod codicem nostrum attinet, est in eo versio emendata a S. Hier. uti habetur in vulgata. Ex collatione prodiit sunt quodam vocum transmutationes et lectiones variantes, sed sensum minime mutantes.
Liber Psalmorum absque Praefatione. Praemittendum censeo, S. Hieronymum etiam in Psalmos duplicem naravisse operam; 1mo eos emendando ad editionem LXX. ut ipse scribit ad Paulum et Eustochium; 2do eos de novo ex fonte hebraico transferendo. Codex noster continet versionem ex Graeco juxta emendationem S. Hier. uti habetur in Biblis vulgatae editionis. Illud autem memoratu dignum, quod Psalmis, sicut in hebraico, nulli appositi numeri, quos in graeci habent; atque Psalmorum inscriptiones seu tituli modo cum vulgata hodierna, modo cum vulgata veteri concordes, modo ex utraque composita inveniantur; imo Ps. 148. in fronte gerit titulum: Alleluja. Aggai et Zacharia, plane ut in Graeco.
Parabolae Salomonis cum prologo S. Hieron. Jungatepistola, quos jungit Sacerdotium, quae in vulgata dicuntur proverbia. Versio est ejusdem Sancti, quam concinavit ex fonte hebraico, sed subsequis temporibus varii Graecorum additamentis interpolata. Capite 31. a verbis: Mulierem fortem quis singulis versibus propositae sunt littera alphabetica hebraica, Aleph, Beth et. plane ut in editione opp. S. Hier. a Martianoo T. I. p. 970.